



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Gerardo Fvndatori Capellæ in suburbio Wiennæ ad honorem sancti spiritus
& beati Antonij constitutæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

propofuit replicando quia licet de quadraginta annorum præfcriptione conftaret, tempus tamen * ſchifmatis quod in Luca-na Eccleſia interveniſſe per teſtes erat oſtenſum debebat merito de computati-one ſubduci. E contra parte altera reſpon-dente quòd licet de ſchifmate quod in-terceſſerat fuerit facta fides cum quan-to tempore duraverit minimè ſit oſten-ſum, & potuerit modico tempore dura-ville, propter hoc tamen præſcriptionis ob-jectio non poterat efficaciter impedi-ri; præcipuè cum per plures teſtes quadra-ginta quinque annorum præſcriptio ſit probata. Nos igitur iis & aliis quæ co-ram nobis utrinque fuere propoſita perſ-picaciter intellectis, quia prædictus Ab-bas ſufficienter oſtendit monaſterium ſuum ſuper inſtitutionibus, deſtitutionibus, & ordinationibus Plebani & Clericorum, baptiſmo, poenitentia in levioribus culpis, ſepultura, decimarum perceptione, ac di-vinis officiis celebrandis tam in plebe quam Capellis etiam ſupradictis, in ex-communicando quoque, interdicens, & etiam abſolvendo, legitima præſcriptione munitum, Abbatem ipſum ab impetiti-one tua ſuper jamdictis articulis de conſilio fratrum noſtrorum duximus abſolvendum, ſuper illis tibi perpetuum ſilentium impo-nendo, ſuper aliis omnibus quæ ad jus epiſcopale ſpectare noſcuntur juxta teno-rem arbitrij eundem Abbatem quoad plebem & Capellas prædictas ſententialiter condemnantes. Nulli ergo omnino homi-num liceat hanc paginam noſtræ diffini-tionis infringere &c. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit &c. *uſque* incurſu-rum. Datum Ferentini 11. Kal. Novem. pontificatus noſtri anno undecimo.

ABBATI ET MONACHIS
ſancti Salvatoris de Fieſeco.

Epif. 168. De eadem re.
Cvm venerabilis frater noſter Luca-nus Epiſcopus ſuper plebe de Sala-mazano & adjacentibus Capellis ipſius vo-biſcum in noſtra dudum præſentia litigan-do inſtitutionem Clericorum in eis & alia ad jus epiſcopale ſpectantia ſibi intende-ret vendicare, ad fundandam intentionem ſuam jus commune principaliter allegabat &c. *in eundem ſerè modum uſque.* Ad eli-dendam autem intentionem Epiſcopi ſic fundatam, tu fili Abbas &c. *in eundem ſerè modum ut ſuprà uſque in finem.* Datum Ferentini &c. ut in alia.

GERARDO FVNDATORI
Capelle in ſuburbio Wiennæ ad honorem
ſancti ſpiritus & beati Antonij conſtitutæ.

Dilectus filius nobilis vir Dux Auf-triæ per ſuas nobis litteras intima-vit quòd cum de ſuo conſilio & conſenſu Capellam in ſuburbio Wiennæ ad hono-rem ſancti ſpiritus ac beati Antonij con-ſtruxiſſes, & ad opus pauperum cum de-cem & novem areis tuis ibidem adjacen-tibus eam pio dotaviſſes amore, ſentiens odoris fragrantiam quæ per Dei gratiam de religione hospitalis noſtri ſancti ſpi-ritus* in Saxia procedit, illam ei commit-tere decreviſti, cenſum unius marcæ ar-genti ſibi annualiter reddituram. Nos igitur tuis & ejuſdem Ducis precibus incli-nati, Capellam ipſam cum omnibus bo-nis tam eccleſiaſticis quam mundanis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum dante Domino juſtis mo-dis poterit adipiſci, necnon etiam & per-ſonas conſiſtentes in ipſa ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, eamque ſub prætaxato cenſu hospitali prædicto ſancti ſpiritus applicamus, præſentium auctoritate mandantes quatinus, ſicut hac-tenus, ſub tua interim gubernatione con-ſiſtat donec magiſter hospitalis jamdicti per ſe vel ſuum nuntium eam viſitans, ſe-cundum Deum & ſuam regulam de ip-ſius utilitate diſponat. Nulli ergo &c. hanc paginam noſtræ protectionis &c. *uſque* in-cuſſurum. Datum Ferentini 11. Kal. No-vembris, pontificatus noſtri anno unde-cimo.

ARCHIEPISCOPO BENEVENTANO.

Bona memoria &c. *uſque* inveſtire. Ceterum licet tranſmiſſæ nobis tuæ litteræ continerent quòd Eccleſia memo-rata ad donationem Eccleſiæ Beneventa-næ pertineat, quamvis per felicis memo-riæ Alexandrum Papam præceſſorem noſtrum prædicto collata fuerit Cardina-li, quia tamen à nonnullis accepimus quòd ipſius collatio ſpecialiter ſpectat ad Ro-manum Pontificem, ac Romanam Eccle-ſiam in hac poſſeſſione reperimus, ean-dem Eccleſiam de manu noſtra duximus conferendam, nolentes ex donatione hu-jusmodi ullum Eccleſiæ Beneventanæ præ-judicium generari ſi volueris vel potueris forſan oſtendere quòd eadem ad donatio-nem tuam debeat pertinere. Datum Fe-rentini.

Epif. 168. Suſcipitur in protectione apoſtolice ſedis.

Vide geſta In-noc. III. cap. 144.

Epif. 170. De donatione ejuſdem Ec-cleſiæ.